



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Eadem fere ijsdem uerbis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

¶ Signa eiusdem Principis, ab eodem
constructa Disticho.

Votis decipimur & tempore fallimur omnes
Mors ridet curas, anxia uita nihil

¶ Eadem fere iisdem uerbis.

Votis decipimur & tempore fallimur & mors
Deridet curas anxia uita nihil

¶ Fratris Nicolai Caroli Gandensis Elegia
in Catalogum Placentij.

Nox erat, & tenui crepitantem fune lucernam
Non procul a nostra fecerat esse domo
Quum nouus ab dura ueniens incude libellus

Ecce oculos cepit sollicitare meos
Inspicio, inuenio nomen titulumq; Placenti
Næ fauor ex illo nomine multus erit
Si nescis, ille est hic ille Placentius: alto
Qui colit insignes abs Helicone deas
Tonsa illi fas est daphnæa tempora lauro
Cingere, & hoc Princeps Calleopeia finit
Quo tu Mosa lauas, hunc agnouere Poëtam
Quum iaceret gratus leta per arua nubes
Nam puer & cecinit uersus & Apolline dignum
Carmen: quod docto posset ab ore legi
Quanta fuit quondam Pælignocopia Vati
Cui facile Aonidum concrepuere fores